Quæstio medica Cardinalitiis disputationibus agitanda In Scholis Medicorum die Jouis 27a Martii. M. Nicolao Jacquart Moderatore.

An hydropi Paracentesis?

Hepar vitio cujus omnis hydropis natalis potentias sedes, & spiritus cordis cujus intemperiem sæpe retundit, & cerebro partium corporis humidissimo nata antiquiores veneorum finis & principium sanguinis, carnosa sui parte opifex, sensum à cerebro, vitam à corde accipit. Cujus munus quod necessarium magis quam ventriculi communis omnium partium facultatis insidentium. Hinc à ventriculo & intestinis per gastricas & mesaraicas venas & indigestam trahit sanguinis materiam, quam villis obliquis retentam insito propriæ substantiæ calore concoquit. sanguinemque efformatum ad cor partesque universas corporis transmittit excrementis repurgatum, bilem quidem humorem calidissimum ad cystim pertracta, serum crassa & humida ad lienem seorsum, quod sudoris & urinæ materia est ad renes & vesicam. quorum quodque si liceat decedentis afficit sibi humor fruitur, non aliter.

Hepatis œconomiam primum labefactat intemperies calida quam frigida detrimentior, sicca quam humida. Hac imbecillitatem parit quam cruda & liquida sequitur dejectio. tumor omnis præter naturam hepar infestat excepto œdemate, quod in ipso vel gravis partibus nunquam confirmatur. phlegmone gibbas partis quam simas deterior, quamque cum altera semper comes est febris, phlegmone in scirrhum sæpe degenerat, hic per se interdum sensim gignitur lienis pariter ac renibus familiaris est obstructio brevior à spiritu quam humore magis tamen molesta horum affectuum symptomata judicant nec ante septimum diem lethalis in febribus nec post septimum tempore salutaris corporis externam cachexia, quæ est hydropis principium est sic nunquam illæso hepate gignitur.

Hydrops vitiatæ sanguificationis affectus est materia sic spiritu triplici distinguitur. Ascites ventrem aqueo humore suffundit, tympanites flatu distendit, anasarca phlegmate totum corpus afficit. Causa omnium calidæ jecoris imbecillitas major in ascite quam in reliquis. Hæc ~~Hæc~~ gala non primigenia modo intemperies frigidas sobolesque tumoris vel abscessus à sanguine, quàm aliis humoribus frequentioris, vel denique ab abscessu incurabilis, sed pulmonis vel septi similibus eorum affectibus. phthisici enim & hectici magna ex parte finem hydropici, est suppurati quos credo satius interdum, quàm expectorato necare. venter frigidus, intestinorum imbecillitas, renum ardor, lienis voracitas, venarum defectio, hæmorrhoidum (quas ecce vel antiquas credo non temerarium) ~~fluxus~~ fluxus mensium aut uteri, vel eorumdem suppressio, hydropis initium.

Hydropicis tibias pedes, manusque; tument, respiratio impeditur, sitis molesta, cibi fastidium dum à causa calida morbus oritur, hac in partibus inanibus, & lumbis, acri diuturnum profluvium facit, est in jecore si cum imbecillitate sudor continuus. cruenta dejectio anasarcas, tympanitidisque frequens, ascitis rara. In hoc urinas quam in reliquis pauciores, coloratas magis quam quæ in ventre aqua colligitur. hic omnium pessimus, tympanites anasarca deterior, primigenius hydrops secundario minus formidabilis, omnium vero maximus qui acuto morbo succedit. At scirrho jecoris confirmato incurabilis, lethalis etiam cui tussis supervenit, et quibus alvus sponte vel arte remissa rursus intumescit. viri quam mulieres faciliùs curantur, senes quam liberi, necessaria tamen utrisque temperantia.

Omnis hydropum curatio ab evacuatione incipienda, quam victus ratio juvat, laboriosa quam quieta utilior. Cibus euchymus calidior & siccior nisi continua febris impediat coctionis faciles, & distributionis, in cœna tamen quam prandio liberalior. ~~potus~~ potus parcior qui urinas moveat, & crassos incidat humores. Evacuationis anasarcas venæ sectio primum in ascite non aspernenda dum à phlegmone morbus, aut suppressione nascitur, sunt hydragogis, & phlegmagogis moliendus, quibus et diureticis interdum corpus vacuatur, & vomitu quæ in ventriculo pituita continetur. Qui vero habitum corporis aut ventris regionem humor ~~fere~~ occupat, sudoribus elicitur, frictione molli, unguentis, cataplasmatis quibus perpetuo admiscenda quæ hepatis robur addunt, est in tympania quæ flatus discutiunt. His dum anasarcas pituitosus humor non cedit partium extremarum incisio juvat, non paracentesis quæ in ascite ad umbilicum dextra parte, vel sinistra est periculosa valde, sic in tympanite funesta.

Non ergo hydropi Paracentesis.

Proponebat Lutetiæ M. Petrus de La Mer Laudunensis. A. M.D.LXXII.

BIU Santé Bibliothèque